





15  
xx

VACANTISSIME IMPERATOR

DOMINI INDULGENTISSIME

SERENISSIMO, POTENTISSIMO, IN-  
VICTISSIMOQUE PRINCIPI AC DOMINO,

**DOMINO**

**I O S E P H O ,**  
ELECTO ROMANORVM IMPERA-

TORI SEMPER AVGUSTO, GERMANIAE, VN-  
GARIAE, BOHOEMIAE, DALMATIAE, CROATIAE, SLA-  
VONIAE REGI, ARCHIDVCI AVSTRIAEC, DVCI BVRGVNDIAE,  
BRABANTIAE, STIRIAE, CARINTHIAE, CARNIOLAE, MAR-  
CHIONI MORAVIAE, DVCI LVCEMBVRGIAE AC VTRIVS-  
QUE SILESIAE, WIRTEMBERGAE ET TECKAE, PRINCIPI  
SVEVIAE, COMITI HABSBVRGI, TIROLIS, FERRETIS, KYBVR-  
GI ET GORITIAE, LANDGRAVIO ALSATIAE, MARCIONI  
S. R. I BVRGOVIAE, AC SVPERIORIS ET INFERIORIS  
LVSATIAE, DOMINO MARCIAE SLAVONI-  
CAE, PORTVS NAONIS ET SALI-  
NARVM, CETERA,

**DOMINO MEO MVLTVM CLEMEN-  
TISSIMO,**

**FELICITATEM PERPETVAM!**



13xx

AVGVSTISSIME IMPERATOR,  
DOMINE INDVLGENTISSIME,

I O S E P H O

F R E D E R I C O R O M A N O R V A M I M P E R A T O R I  
J O R D S E M B R E A V G U S T O C H R I S T I A N U S S Y  
C A R R A S I D E R I C H I D A C H C A R L I V E R C A R A C A D M I  
A V N A E R I C H I D A C H C A R L I V E R C A R A C A D M I  
S R V B D N T I V S S T R I C A R L I V E R C A R A C A D M I



Ermitte, demississime precor, ut MAIESTATEM TVAM, quam ciues colunt, quam exteri suspiciunt, quam hostes formidant, mihi quoque venerari, & perbreuiter alloqui liceat. Optimi Maximi PARENTIS gloria, quæ orbem terrarum illustrat, & summa ILLIVS in omnes, tum etiam in meos merita, me quoque in Fridericiana Academia, quam priuilegiis ILLÆ & immunitatibus ornauit, studiorum gratia agentem excitauit, vt pericitandi ingenii cauila LAVDATIONEM FVNEBREM, qua sacratissima memoria ILLIVS aeternitati, quam meruerat, dedicetur, in me iuuenili conatu susciperem. In quo officiis demississimi genere ipsa me Academia hortatu & consilio adiuuit, quia eadem ingentium memor beneficiorum, quæ a gloriosissimo IMPERATORE accepit, nihil antiquius habet nihilque prius, quam vt gloria ILLIVS & memoria in omnem posteritatem per saecula & voce & scriptis propagetur. Hanc igitur



igitur parentalem orationem, aeternæ memorie PARENTIS optimi dicatam, MAIESTATI TVAE, indulgentissime Imperator, deuota subiectione offero, demississime rogitanus, vt vultu clementissimo adspicias, & ingenii mei ignoscas tenuitati, si minus, quam debui, de tanti Imperatoris dixi laudibus. Nec veniam despero, si ILLIVS, quem laudaui, bonitatem recordor, quem non imitaris modo, sed eumdem plane virtutibus omnibus representas. Quidquid enim in PATER amissimus, non sentimus erectum nobis, quia non tam promittis fore, vt in TE id omne recipiamus, quam statim exhibes, & ante, quam amissimus, perfectum exhibuisti. Desideremus pietatem, clementiam, iustitiam, fortitudinem PARENTIS. Quis nescit TE omnia TUA ad Deum referre, huius auspiciis, huiusque ductu & incipere res TVAS, & perficere, vt nihil quod PATER habuit, expectandum TIBI sit, nisi matuor (nam dudum se exseruit) & diuturnior (hic vero ab annis est) fructus pietatis, qui diuina sanctione est FELICITAS PERPETVA. Ad ceteras virtutes non tam institutus es, quam natura imbutus, qui ingenitam TIBI clementiam, iusti rectique animorem, & robur animi non tam signis, quam factis praclaris, que in oculos incurruunt, que strepunt plausibus, ostendisti. Summum patriæ periculum imminebat, quum intus & forinsecus hostes virgerent, nec res nostris pro spe & votis successissent; tum, quo propria Heroum est, in TE virtutem vidimus, vt adflictis auxilio venires, praesentia exercitum confirmares, exemplo Duces, præmiis milites excitares, vt, periculis spretis, vulneribus contemptis, munitissimam ac pene inexpugnabilem urbem, TE hortante ac impellente, caperent: qua victoria latus hostium apertum patebat, vt, quas inde in nos

prius excursiones fecerant, ipsi, mutata scena, in suis regionibus paterentur. Quum autem infelici fato illa altero anno amitteretur, adiuolasti iterum, & fortitudine perfecisti, vt ne hostis diutius gauderet; &, quod semel Imperio vindicaueras, graui expugnatione propugnaculum recuperasti. Vtraque expeditione, qualis IMPERATOR futurus sis, & nunc es, præmonstrasti omnibus. Quod igitur fatis diuinis ita factum est, vt TE optimum SVCCESOREM PARENTIS videamus; cestet luctus, gratulatio succedat, qua TIBI; quod Romani olim nouis Principibus, acclamamus: Sis felicior Augusto, sis melior Traiano: aut si exemplum mauis domesticum, Sis & felicior Patre LEOPOLO, ipsumque diurnitate imperii superes; sis etiam melior eodem, si quid melius quam IPSE erat, aut TV nunc es, fieri potest.

MAIESTATI TVAE  
CAESAREAE

deuotissimus, subiectissimus

EBERHARDVS CHRISTIANVS  
NOB. D. de SÖHLENTHAL.

2°

Gb 956,



Walter Becker  
Buchbinderei  
Halle, Thüringer Str. 24

VOMA



15  
xx

VACASITISSIME IMPERATOR,  
DOMINI INDULGENTISSIME

SERENISSIMO, POTENTISSIMO, IN-  
VICTISSIMOQUE PRINCIPI AC DOMINO,

**DOMINO**

B.I.G.



**SEPHO,**  
ROMANORVM IMPERA-  
R AVGVSTO, GERMANIAE, VN-  
EMIAE, DALMATIAE, CROATIAE, SLA-  
CHIDVCI AVSTRIAEC, DVCI BVRGVNDIAE,  
TIRIAE, CARINTHIAE, CARNIOLAE, MAR-  
IAE, DVCI LVCEMBVRGIAE AC VTRIVS-  
IRtenbergae ET TECKAE, PRINCIPI  
HABSBVRGI, TIROLIS, FERRETIS, KYBVR-  
LANDGRAVIA ALSATIAE, MARCHIONI-  
IAE, AC SVPERIORIS ET INFERIORIS  
DOMINO MARCHIAE SLAVONI-  
PORTVS NAONIS ET SALI-  
NARVM, CETERA,

MEO MVLTV M CLEMEN-  
TISSIMO,

ITATEM PERPETVAM!



ABXX